Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

.XVI.

Lucretius

dij nom

Porro cum his quae retuli esse contentus: sed superfluit adhuc multa suscepto operi necessaria: Nam quis ipso religionum capite destructo universa subsistere rum: libet tamen prosequi caetera: & redarguere plenius inveteratam persuasionem: tandem homines suorum pudeat ac poeniteat errorum: Magnum hocopus & homine dignum: religionum animos nodis exoluere pergo: ut ait lucretius: Qui quidem hoc efficere non poterat: quia nihil veri afferebat: Nostrum est hoc officium: qui & verum deum asserimus & falsos refutamus. Illi ergo: qui poetas de dis finxisse fabulas opinantur deas feminas & esse credunt & colunt: revoluuntur imprudentes ad id quod negaverant: cone illos ac penitere pudere: Nec hi fieri potest: qui duo sexus generandi causa sint instituti Recepta vero sexuum diversitate non intelligunt consequens esse: ut concipiant: quod in deum cadere non pōt: sed utisti putant: Nam et iovis esse filios dicunt: & caeterorum deorum: Nascunt ergo & quotidie quidem dij nom: nec hi uincuntur ab hominibus fecunditate: Igitur deorum innumerabilium plena sunt omnia: nullo scilicet moriente: Nam cum homines incredibilis: nūl sit inextimabilis: quos tamen sicuti nascūt: non necesse est: quid deorum esse tandem putemus: qui tot seculis nati sint: immortalesq; manserunt: Cur ergo tam pauci colunturnisi forte arbitramur non generandi causa: sed tūmodo capiendae voluptatis duos esse sexus deorum: & ea exercere: quae homūculos & facē & pati pudet: Cum vero dicantur aliqui ex aliquibus nati: consequens est: ut semper nascantur: si quidem alii nasci desierunt. scire nos conuēnit: cur aut qui desierint: Non illepide Seneca in libris moralis phie: Quid est ergo inquit: quare: apud poetas fallacissimus iuppiter desierit liberos tollere: Verum sexagenarius factus est. & illi lex papia fabulam imposuit: an imperauit iūstrum liberorum: An tandem illi venit in mentem: ab alio expectes: alteri: quod fecerit: & timet nequis sibi faciat: quod ipso saturno. At isti: qui eos asserunt: uideant quō respondeant huic argumento: quod inferemus: Si duo sunt sexus deorum: sequitur concubitus: Si coeunt: & domus habeant: necesse est: Haec hi carent uirtute ac pudore: ut hoc promiscue: aut in propatulo faciant: sicut muta facere debemus uidelicet uidemus animalia: Si domos habent: consequens est: ut urbes habeant: & quidem auctore nasone: qui ait: Flebs habitat diuersa locis. A fronte potentis celicolae clariq; suos posuere penates: Si habent urbes: & agros igitur habebunt: Iamq; non uideat: quae sequantur: Arare illos & colere: quod victus cā fit: